

14

1770, 29.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
A N

HYPOTHECA EXPRESSA
LAPSV TEMPORIS EXTINCTA
DVRET TACITA IN DEBITO CVI
LEX TACITAM HYPOTHECAM
TRIBVIT

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG,

SOCIO

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE VIII. OCTOBR. ANNO CICICCLXX.

DEFENDET

CHRISTIANVS HENRICVS LEHMANNVS

PEGAVIENS.

LIPSIAE
LITERIS R V M P F I I S.



COLLEGIIS
IACOBUS CONSTITUTUS

AN

PROPHETIAE
ATQVE
IN QVI
HABITAT

LIBERIS
CIVITATIS
PRAESES

PROPHETIA
ATQVE
IN QVI
HABITAT

LIBERIS
CIVITATIS
PRAESES

PROPHETIA
ATQVE
IN QVI
HABITAT

LIBERIS

CIVITATIS
PRAESES



AN

HYPOTHECA EXPRESSA
LAPS V TEMPORIS EXTINCTA DVRET
ADHVC TACITA IN DEBITO CVI
LEX TACITAM HYPOTHECAM
TRIBVIT.

§. I.



In iis conuentionibus accessoriis, quas ad fulciendam fidem inter homines improbitate labefactatam Romanum ius inuenerat, non tantum erat contratus fiduciae stricti seu romani iuris, quem explicat SCHVLTING ad Pauli Recept Sent. L. II. Tit. XIII. n. 1. et pignoratiu[m] contractus bonae fidei, quem explicant Pandectae, verum et pactum hypothecae a Praetore inuentum et editio comprobatum. Imo immediate leges prospexerant interdum in certis negotiis fidei hominum securitatem ipsis tri-



buendo in rebus debitoris, quod *tacitum pignus* vocarunt erudit*i* vel quod magis est legitimū seu lege constitutū. Non agamus de tacito pignore in genere, quippe hae plagulae hanc tractationem non caperent, de speciali de-
mum themate dicamus speciem facti simul explicando.

§. II.

Titius aedes habens ruinosas, quarum refectio ipsi imposta: cum autem pecuniae deficerent, quibus refectio curanda, Sempronius quingentos mutuo dat constituta in sexennium expressa hypotheca, intra quod temporis spatium Titius soluturum promiserat. Elapsō hoc spatio, solutionem haud vrget creditor Sempronius, imo culpa sua efficit, vt elapsō tempore expressum expiret pignus. Postea vero cum interiectis tribus annis haud debitum solueret debitor, creditor ad consequendum suum hypothecaria vtitur. Obicit debitor exceptionem pignoris extinti lapsu temporis, ad quod constitutum erat. Iam quaerebatur, cum tacitum pignus competit ei, qui ad aedium refectionem mutuam pecuniam dederat, an extinto pignore expresso, tacito adhuc vti possit ad suam securitatem, quo, quod debeatur, consequi possit. Hanc questionem explicabimus.

§. III.

Diximus supra tacitum pignus seu hypothecam ea securitate contineri, quam lex creditori in rebus debitoris constituit ob debitum contractum. Non ergo interuenit conuentio, non contractus, sed debito contracto creditori ipsa lex prospicit. In iis speciebus, in quibus tacita hypotheca sancta est, recte ei, qui ad refectionem aedium pecunias mutuo dederat, Senatusconsulto prospectum est. Ita testatur PAPINIANVS in L. 1. ff. In quibus

bus caus. pign. vel hypoth. tacite contrah. Verba sunt: Senatusconsulto, quod sub Marco Imperatore factum est, pignus insulae cred tori datum, qui pecuniam ob restitutionem aedificii extruendi, mutuum dedit, ad eum quoque pertinebit, qui redemptori domino mandante nummos ministrauit. Cau- fam quaerit WISSENBACH ad ff. Disp. XXXIX. §. 17. in eo, ne ruinis deformetur ciuitas Quare et negat ei tacitum pignus, qui ad nouum plane aedificium scil. in area, cui antea superimpositum nullum fuerat, pecu- nias crediderat, quippe sola illa area non deformaretur ciuitas, quae opinio probabilis fit, ob verba c. l. ob re-stitutionem aedificii extruendi.

§. IV.

In expresso pignore et hypothecae iure certum est, si indefinite constitutum sit, effectum illius omni tem-
pore adesse posse; at vero, si tempus adiicitur, effectum
quoque ad tempus adstringi. Huc referenda, quae
apud VLPIANVM in L. 6. pr. ff. quib. mod. pign. vel hy-
poth. solu. leguntur: Item liberatur pignus: siue solutum est
debitum, siue eo nomine satisfactum est. Sed et, SI TEMPO-
RE FINITVM PIGNVS EST, idem dicere debemus. Non
ergo elapsso tempore, ad quod pignus seu hypotheca
constitura erat, amplius hypothecaria experiri poterit,
quippe tempore finitum pignus est.

§. V.

Quae cum ita sunt, praejudicalis quaestio mouen-
da: an, cui lex prospicerit, possit adhuc sibi conuentione pro-
spicere, acquirendo sibi hypothecam. Evidem superfluum
erit, sibi conuentione prospicere, qui iuste ipsa iam se-
curus factus sum. Nam quae vis maior erit expressi,
quam taciti? Parum enim, quo ad pignoris effectum,

A 3

vel



vel nulla erit differentia, an conuentione sibi hypothecam acquisiuerit creditor, an vero ex ipsa lege tacitam hypothecam consecutus sit. Nam vtraque ratione ab eo tempore, quo ob debitum vel conuentione pignus constitutum vel mutuo data pecunia in reparationem et restitutionem aedificii conuersa creditori ius in re illa hypothecata competit. At tamen cum lege nullibi prohibitum sit, ne is, cui tacito pignoris iure res nexa sit, sibi expressa hypotheca prospiciat; in creditoris arbitrio positum erit, si sibi magis prospectum esse arbitretur expresso pignore, vt tacito pignori expressum superaddat. Neque plane inutilis erit conuentio. Quid si enim tacito tantum pignore acquieciasset creditor mutuo dans pecunias, neque expressa sibi prospexisset, ipse vero creditor pecunias in refectionem aedium collapsarum haud impendisset, vix satis tutus erit priuilegio taciti pignoris, quod metuendum non erat, si expressa conuentio aderat, quippe area saltem oppignorata videbatur, licet restitutum nondum fuerat aedificium.

§. VI.

Ex hoc itaque alteram causam decido: *an, qui expresso pignore sibi prospiciat, amittat illam securitatem, quam a lege habet.* Et magis est, vt contrarium opiner. Cum enim lex non prohibeat, vt is, qui se non satis securum arbitretur solo legi beneficio, sibi adeo conuentione prospiciat, ita naturae conueniens est, vt prouidentia sua renunciasset haud videatur legis beneficio: imo potius censendum, creditorem securitati securitatem addere voluisse. Neque, quod expresso pignore sibi ad tempus certum, vtpote triennium vel sexennium prospexerit, poterit creditori damnosum esse, vt legis beneficio cadat. Quid si enim ad certum tempus ideo conuenerit,

vt



ut interim securus sit, quo sua pecunia aedificium restitutum sit, cum postea ipsi lex prospiciat; an ideo creditori negemus securitatem, quae communi lege data est? Quapropter si aedificium resecatum, neque intra tempus conuentione definitum expresso pignoris iure visus sit creditor in re oppignorata, non est dubium, adhuc eidem saluam esse securitatem, quam ex lege tacito pignoris iure habere potest. Et ita in quaestionebus aliis, maxime si plures creditores concurrant, facilima erit applicatio et diiudicatio.

§. VII.

Sed quid? si rem de iure Saxonico decidamus. Constat ORD. PROC. SAX. RECOGN. Tit. XLV.
§. 1. omnes omnino tacitas improbare hypothecas. Causas huius mutati juris civilis GRIEBNERVS Progr. de Utilitate abrogationis tacitarum hypothecarum in Saxonia 1731 exhibuisse videtur. Nihilominus tamen primum MANDATO ELECT. d. A. 1730. cum illud sexennium elapsum esset, intra quod quiris, cui tacitam lex antea dederat hypothecam, expressa sibi prospiceret, ad biennium prorogabantur tacitae hypothecae, quae prorogatio iterata ad aliud biennium MAND. ELECT. d. A. 1732. donec. MAND. ELECT. d. A. 1734. denuo sub certa restrictione hypothecae tacitae confirmarentur et comprobarentur, non vero ex omni parte reprobata Ordin. Recognit. c. r., sed cuius dispositio praeterquam in iis speciebus, quae in cit. Mand. recessentur salua existit. Quare iam in nostra specie ita concludo. Cum cit. Mand. Elec. nihil de tacito pignore excipiat, quod iure datum creditori, qui ad resecutionem



nem aedificii crediderat, sed tantum de tacito pignore legatorum et fideicommissorum non confirmatorum et reddituum redimibilium confirmet Ordinationis Recognitae arbitrium, potius tacitam hypothecam in generic praeter casus exceptos confirmet: posset defendi, adhuc sese creditorem tueri posse legis beneficio, cui, cum antea expressa constituta hypotheca iudicialeiter ad tempus confirmata sibi prouiderat, quae auctoritate DECIS. Ele&t. XXXI. elapsō tempore expirat, renunciasse non videtur, maxime, cum, quae Romanis causa fuerat, ne ruinis ciuitas deformaretur, apud nos cessare non adserendum.

T A N T V M.



VD18

ULB Halle
007 208 200

3



B.I.G.

Farbkarte #13



14
1770, 29.
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN

HYPOTHECA EXPRESSA
LAPSV TEMPORIS EXTINCTA
DVRET TACITA IN DEBITO CVI
LEX TACITAM HYPOTHECAM
TRIBVIT

P. 14.
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO

IN AUDITORIO PETRINO

DIE VIII. OCTOBR. ANNO CICICCLXX.

DEFENDET

CHRISTIANVS HENRICVS LEHMANNVS

PEGAVIENS.

LIPSIAE
LITERIS R VMPFIIS.

